



## **Forum Ecclesiasticum**

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1719**

Quæst. 1007. Quæ loca gaudeant immunitate locali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

ad Natalem Episcop. L. 2. ad hæc talis renunciati-  
onis seu derogationis totalis nulla videtur posse  
esse rationabilis causa; qualis tamen, ut non solum  
licite sed & valide Pontifex, etiam ex parte, ut  
dictum, derogat immunitati, necessario requiri-  
tur. Ac denique neque Christus unquam in tan-  
tum, tamque præjudicalem renunciacionem con-  
sensisse censetur. Et ita docent Surd. Tom. 3. Con-  
sil. 301. n. 53. Viginian. tr. de immunit. Eccl. d. 5.  
Farin. l. c. q. 8. n. 4. Suar. def. fid. L. 4. de Im-  
mun. C. 30. per totum. Dian. p. 1. tr. 2. resol. 2.  
Cutell. l. c. L. 2. n. 2. & alii, quos citat & se-  
quitur. Delb. C. 1. du. 2. f. 3. à n. 1. & du. 14.  
f. 1. à n. 16.

*Quæst. 1006. An Ecclesiastici renunciare  
possint privilegio immunitatis?*

**R**Esp. Ecclesiasti immunitatis, quæ immunes sunt  
ab oneribus & jurisdictione & foro judiciali  
Principum sæcularium, neque expressè, neque ta-  
cite renunciare possunt. Ita juxta C. diligent. de  
for. Comp. C. Cum non ab homine. C. at si Clerici de  
judic. C. Cum non contingat de sent. excom. do-  
cent Covar. q. 9. pract. C. 33. n. 2. Gomes Var.  
resol. Lit. 3. C. 10. n. 30. Suar. l. c. C. 31. n. 1.  
Cutell. l. c. L. 2. q. 3. Delb. C. 1. du. 14. f. 1. n. 6.  
ubi addit: modò Ecclesiasticorum immunitas fit  
aliquo saltem modo à jure divino, intellige me-  
diatè, fundamentaliter, ordinative, præceptivè  
secundùm dicta in antecedentibus, & C. 4. du.  
31. n. 1. ex ea ratione. quòd immunitatis privile-  
gium concessum Clericis ratione dignitatis Cleri-  
calis, quam diu illam retinent, privilegio illi re-  
nunciare nequeunt, quòdque renunciatio cedat in  
publicum damnum, nimirum totius Ordinis Cle-  
ricalis, præsertim Prælatorum, & primariò sum-  
mi Pontificis: dum non est ob particularem ali-  
quorum, sed ob communem Ecclesiasticæ Hierar-  
chiæ favorem constituta. ut Abb. in C. noverit. de  
sent. excom. Cajetan. V. immunitas Eccles. Suar. de  
Censur. D. 21. f. 2. n. 89. Delb. l. c. à n. 2. Ad-  
hæc superiores, præsertim Pontificem lege cavere  
possè (uti id eum fecisse patet ex juribus paulò an-  
te citatis) ne subditi jurisdictionem alterius (v. g.  
Ecclesiastici sæcularium) in se prorogent, præser-  
tim dum, in quos fit prorogatio illa, de se incapa-  
ces sint illius, adeoque prorogatio est frustranea.

2. Extenditur responsio primò, ita ut etiam re-  
nunciatio juramento confirmata sit nulla, cum ta-  
le juramentum, utpotè de re illicita, & quæ non  
est in potestate jurantis, sit nullum & sacrilegum,  
ut juxta C. si diligenti de for. Comp. Farin. Suar.  
LL. cit. Scacc. de judic. L. 1. C. 11. n. 35. Exten-  
ditur secundò, ut dicta renunciatio etiam de con-  
sensu Episcopi facta non valeat; cum privilegium  
immunitatis jure communi concessum Clerico,  
ita ut simul ei præceptum, ne contra illud agat.  
Episcopus etiam contra illam immunitatem nihil  
possit, cum quæ jure communi statuta, immu-  
tare nequeat, ita juxta C. qualiter & quando. Gl.  
in C. significasti. de for. Comp. Scacc. l. c. n. 28.  
Suar. in def. fid. L. 4. de immunit. C. 31. n. 8. &  
13. Farin. cit. q. 8. n. 13. Delb. C. 1. du. 14. n.  
9. & seq. Idem est de consensu qualiscunque  
communitatis particularis Ecclesiasticæ ob ratio-  
nes jam datas. Valet verò renunciatio illa facta  
cum consensu Pontificis, utpotè cui datum privi-  
legia omnia (etiam, ut ait Delb. n. 14. quæ sunt  
juris divini) uti ampliare, ita & restringere, tam  
quòd causas quam quòd personas, pro ut Ec-

clesiæ expedire judicaverit, ut Suar. l. c. & di-  
ctum ante. Plura de renunciacione immunitatis  
præsertim fori vide apud auctores in L. 2. decret.  
Tit. 7. de foro Comp.

*Quæst. 1007. Quenam loca gaudeant  
immunitate locali in ordine, ut actus  
profani in iis fieri nequeant?*

**R**Esp. primò: imprimis veniunt omnes Ec-  
clesiæ etiam nondum consecratæ aut bene-  
dictæ, sed alià ratione v. g. erectione crucis, po-  
sitione primi lapidis ab Episcopo, ad cultum di-  
vinum missæ sacrificium aliaque officia divina de-  
putatæ, quia is locus eo ipso ex tali deputati-  
one sacer est & religiosus, ideoque juxta C. 4. de relig.  
domibus, nullis amplius usibus profanis applicabi-  
lis seu, ut dicitur C. 9. h. t. nullis usibus temera-  
riis profanandus. Suar. Tom. 1. de religio. tr. 2. L.  
3. C. 9. n. 1. Sanch. Tom. 2. Consil. mor. L. 6. C. 1.  
du. 7. n. 9. Delb. C. 16. du. 2. S. 1. n. 1. Idque  
etiam si nulla adhuc ibidem officia divina celebrata,  
ut cit. C. 9. Pontifex non allegat pro causa ce-  
lebrationem divinarum officiorum jam ibi fa-  
ctam sed ad divina ibidem facienda factam  
deputationem, & ita docent Sylv. V. immunitas  
1. q. 1. dicto 1. Abb. in cit. C. 9. n. 5. Fagn. n. 8.  
Host. V. celebrantur. Sanch. l. c. Delb. l. c. n. 8.  
Azor. p. 2. L. 9. c. 8. q. 1. Reiffenst. h. t. n. 8.  
contra Clos. in cit. C. 9. V. celebrantur. Tutchum.  
V. Ecclesia. Concl. 9. n. 16. Ambrosin. de immun.  
C. 10. n. 2. Decian. L. 6. C. 24. n. 24. & alios ap-  
ud Delb. l. c. n. 8. Idemque ut manifeste ex dictis  
sequitur, dicendum, etiam si ibi Eucharistia non  
asservetur. Cum ratio, cur tali loco concedatur  
immunitas, non est continua sacramentalis præ-  
sentia, sed sola dicta deputatio ad divina, Et ita  
contra Covar. L. 2. var. C. 20. n. 4. Clar. §. fin. q.  
30. n. 30. Tusch. l. c. n. 19. Germon. de sacror.  
immun. L. 2. C. 16. n. 16. docent cum communione  
& probabiliore, ut inquit Delb. l. c. n. 5. & seq. Far-  
in. l. c. q. 28. n. 34. & in append. de immun. C. 17.  
n. 254. Peregr. de immun. C. 4. n. 2. Gambacur.  
L. 3. §. 4. n. 5. & c. Idem quoque, ut Butr. in cit.  
C. 9. n. 3. Jo-and. n. 1. Abb. n. 2. Barbof. n. 10.  
Reiffenst. n. 9. de Oratoriis privatis, modò au-  
thoritate Episcopi deputata sint divinis officiis. Se-  
cus de oratoriis sine dicta autoritate erectis, eti-  
am si Pontifex vel Episcopus concesserit licentiam  
in iis celebrandi, ut Delbe l. c. cum cit. AA. quin  
& c. etiam si in iis ex privilegio celebratæ. Item  
de Ecclesia polluta, necdum reconciliata; cum  
ratione pollutionis non desinat ejus sanctitas; &  
privatio immunitatis inter effectus pollutionis in  
jure non repetitur, istiusmodi autem censuræ juris  
utpotè pœnales & odiosæ ultra casus in jure ex-  
pressos extendi non debent. Et ita tenent Abb.  
Sylv. LL. cit. Clar. §. pract. Crim. q. 30. num. 3.  
Fusch. l. c. n. 9. Azor. p. 2. L. 9. C. 8. q. 4. Far-  
in. l. c. n. 29. Fagund. pract. 2. L. 4. C. 4. q. n.  
62. Laym. L. 4. q. C. 3. n. 2. Pirh. h. t. n. 3. &  
plures alii apud Delb. C. 16. du. 9. f. 3. illis in-  
hærentem. Item de Ecclesia interdicta ob easdem  
rationes. dum nequidem Clericus ob interdictum  
perdat sua privilegia. Abb. Sylv. Clar. Tusch. Azor.  
Suar. Laxm. Fagund. Pirh. & alii LL. cit. Delb. l. c.  
f. 4. à n. 1. quamvis id ipsum, ut Idem n. 4. non o-  
mnino improbabiliter limitent aliqui quòd pere-  
grinos, ut ii ibi fruantur asylo, & non incolas, ob  
quorum delictum Ecclesia interdicta. Item de  
Ecclesia diruta, nisi forte diruta autoritate supe-

superioris & sine spe reedificationis, in quo casu omnia sua privilegia amittit, & definit esse locus sacer. Ita Tusch. l.c. n. 10. Decian. l. 6, c. 24. n. 27. Farin. in append. C. 17. n. 260. Ambrosin. l.c. C. 10. n. 3. Dian. p. 6. tr. 1. resol. 3. Pith. h. t. n. 3. Barbol. de Jur. Eccl. l. 2. C. 3. n. 62. Marant. p. 2. resp. 35. n. 2. Delb. l. c. f. 5. contra Corream. in relat. de immunit. Eccl. p. 2. n. 10. & paucos alios. Et hæc posteriora de Ecclesia non asservante Eucharistiam, de Ecclesia polluta, interdicta, diruta potissimum in ordine ad immunitatem alyli.

2. Resp. secundo gaudet etiam immunitate, ut geri in iis nequeant actiones profanae omnia loca & habitacula Ecclesiae adhaerentia, ut sacristia, Capella, ambitus, Porticus, atrium. Barbol. in C. 9. h. t. n. 7. Pith. eod. n. 3. Tusch. V. Ecclesia. Concl. 10. n. 3. Delb. l. c. f. 6. n. 1. (quamvis is eadem in ordine ad immunitatem alyli designet) Reiffenst. h. t. n. 1. § 2. & alii lumentes id ex Can. si quis in atriis & Can. Constitutum 17. q. 4. juncta Gl. V. adhaerentibus, ubi id in specie dicitur de atrio & Porticu Ecclesiae item ex L. pareant. C. de his, qui ad Eccl. & L. qua religiosi. ff. de R. V. ubi & ratio additur communis tam immunitati ab exercendis actibus profanis, quam immunitati alyli, dum dicitur, quæ religiosis adhaerent, etiam religiosa sunt. His non obstante, quod in locis memoratis effuso sanguine vel semine eadem non polluantur, cum ad effectum pollutionis utpote pœnalem & odiosum adeoque non extendendum & solus internus ambitus Ecclesiae spectetur, Secus quoad privilegium immunitatis utpote favorabile & gratiosum.

3. Resp. tertio eadem immunitate gaudet cæmeteria Ecclesiastica, utpote universaliter gaudentia eisdem privilegiis, quibus Ecclesia. Arg. C. 5. h. t. Et ibi Abb. n. 5. cum communi & juxta C. fin. h. t. & C. 2. eod. in 6. ubi diserte dicitur: *Cessent in Ecclesiis earumque cæmeteriis negotiationes, & præcipue nundinarum ac fori cujusque tumultus: omnis in eis secularium judiciorum strepitus conquiescat, nulla inibi causa per laicos criminalis maxime agitur.* De pluribus aliis locis concernentibus specialiter immunitatem alyli dicitur in speciali sequentibus.

*Quest. 1008. An & qualiter igitur in prædictis locis prohibitum exercere actus judiciales?*

1. Resp. primo: in Ecclesia, cæmeterio aliisque locis tractare causas criminales, in quibus agitur de effusione sanguinis vel pœna corporali, prohibetur claro textu C. decet. h. t. in 6. ubi: *nulla inibi causa per laicos maxime criminalis agitur, & quidem sub interminatione anathematis C. cum Ecclesia. h. t. ubi addita etiam ratione dicitur: Ubi de sanguinis effusione & corporali pœna agitur, in Ecclesiis & cæmeteriis agitare sub interminatione anathematis prohibemus. Absurdum enim est & crudele, ibi iudicium sanguinis exercere, ubi est tutela refugii constituta.* Et ibi DD. communiter. Quam tamen excommunicationem non esse lætæ, sed ferendæ sententiæ, notat Gl. ibidem. V. anathematis. Continere tamen hanc læsionem immunitatis gravem culpam sacrilegii à iudice laico contractam, esseque tales processus criminales ac speciatim sententias iudicum secularium in talibus locis prola-

tas nullas, & carere omni robore firmitatis dicitur *cit. C. decet* & juxta illud Delb. C. 2. du. 3. f. 2. n. 2. remittens ad Suar. tom. 1. de religione L. 3. C. 4. à n. 12. Extendunturque hæc ipsa ad informationes judicarias summarias super delicto in iisdem locis à iudice seculari non faciendas; cum licet actus iudicarius perfectus non sit cum citatione partis, sit tamen actus inchoatus & lejusdem rationis, ac proinde sub eadem prohibitione contentus. Delb. l. c. à n. 3. remittens ad Nav. de orat. horar. Can. C. 5. n. 40. Arg. *cit. C. decet.* dum ibi dicitur: *sunt loca eadem à laicorum cognitionibus aliena.*

2. Resp. secundo: Prohibentur quoque in iis locis exerceri actiones seu processus & sententiæ judiciales civiles sub eadem nullitatis pœna, dum *tit. C. decet.* dicitur in Ecclesiis & c. secularium strepitus conquiescat. Unde etiam *cit. n. 2.* deducit, idem dicendum de istiusmodi processibus civilibus ibi exercitis quoad gravem culpam sacrilegii, Dixi tamen: iudicia secularia, sententiæ & processus civiles à iudicibus secularibus exerceri ibidem prohibitum; quia iudicibus Ecclesiasticis permilsum ibi cognoscere de delictis Ecclesiasticorum sententiam (puta excommunicationis, depositionis, excepta sententia sanguinis, desuper ferre, aliasque causas dijudicare. C. cum in Ecclesia h. t. C. relinquere. de Custodia Eucharistia. Gl. in C. cum Ecclesia V. effusione. Abb. in C. fin. de appell. n. 2. Delb. *cit. f. 1. n. 12.* quamvis tamen, ut cum Suar. l. c. n. 11. & Pith. h. t. n. 7. Reiffenst. h. t. n. 14. decentius, convenientius & praxi hodiernæ conformius, ut etiam Ecclesiastica iudicia non in Ecclesia, sed extra illam v. g. in domo Episcopi, camera aliove loco commode fiant.

*Quest. 1009. Quid sit circa alios actus extrajudiciales in locis sacris exercendos?*

1. Resp. primo: Actus qui etsi cum strepitu iudiciali similitudinem aliquam habeant, judiciales tamen non sunt; quia non jurisdictionis contentiose sed voluntariæ sunt, etiam exerceri in locis sacris à secularibus illicitum non est, quia voluntariam jurisdictionem etiam secularem in Ecclesiis exercere nullo jure prohibitum reperitur. Tales v. g. actus sunt dispensatio pupillorum, provisio, electio, presentatio facta à laicis. Delb. l. c. n. 13. Collatio Doctoratus; vel magisterii communi etiam consuetudine approbante, utpote quæ collatio honestatem continet. Delb. l. c. Azor. L. citand. q. 4. Abb. in C. Ecclesia. h. t. n. 9. Suar. l. c. C. 4. num. 15. Item Disputationes & prælectiones publicæ; cum etiam scientia res sancta dicatur. L. 1. §. proinde. ff. de var. & extraord. Cognit. Azor. l. c. Pith. h. t. n. 11. Item congregatio universitatum & facultatum literariorum, puta Philosophicæ, Theologicæ, Juridicæ, uti habet moderna praxis, tales congregationes fieri in templis vel canobis Regularium, unde dum *cit. C. decet.* prohibentur in iis fieri universitatum & societatum quarumlibet Concilia, Conciones, & publica Parlamenta, id intelligendum, dum materia & tractatus talium Congregationum est omnino temporalis & secularis, Nav. de orat. C. 5. n. 35. Abb. l. c. Laym. L. 4. tr. 10. C. 7. n. 9. Suar. *cit. C. 4. n. 16.* Delb. l. c. 1. §. Secus, ut iidem, si agatur de rebus Ecclesiasticis ut fuit Synodi in quibus de statu & reformatione Clericorum aliisque ad pietatem spectantibus non prohibentur. Imo ludæ theatrales ad